Tellinaſtrum marinum maius lignei coloris fibras teſtularum Concham conſtituentium tam longitudinales, quàm circulares clarè exhibens ſtriatum ſtriis imbrem denſè cadentem, et ab extremitate umbonis derivantem præſeferentibus.

Idem apertum, ut articulatio cum ligamento, et coloribus appareat.



Idem ſtriatum ſtriis rete irregulare efformantibus internè, et externè repræſentatum. Liſt. Hiſt. Conch. Sect. 4. cap. 2. ic. 6. ſer. j.

Idem cum fuſcis characterum arabicorum veſtigiis faſciatim diſpoſitis.

Idem minus fuſcis veſtigiis characteres arabicos repræſentantibus faſciatim diſpoſitis externè, et internè repræſentatum.